~~Cax. 16 or. 2a~~
Cax. 9 or. 5
1a
16405

IO: ANTONII BELLONI DE IVRE ACCRESCENDI Tractatus

IN TRES TOMOS DIVISVS.

~~Num. 46 cax. 7 num. 3.~~
45 6 8

DE IVRE ACCRESCENDI
Tractatus abſolutiſſimus.

AVTHORE

IO: ANTONIO BELLONO
I. C. TAVRINENSI,
ET PEDEMONTANI SENATVS
PRÆSIDE PRIMARIO.

Vbi difficiliores, tàm contractuum, quàm vltimarum voluntatum Quæſtiones continentur.

CVM TRIPLICI CAPITVM, ET QVAESTIONVM, LEGVM EXPLICATARVM, & Rerum, ac Verborum Indice; diligentique ſupra priorem editionem recognitione, & emendatione.

PRÆCLARISSIMO VIRO
D. DOMINICO DE BENEDICTIS
INSIGNI I. V. D. ET NOBILI SENOGALLIENSI.



VENETIIS. Apud Nicolaum Pezzana. MDCLXXII.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.

PRÆCLARISSIME,

AC PRÆSTANTISSIME VIR.

MAritant errantes in fontibus vndas fluuij; atque hos placido, vel rapido curſu per Prouincias, & Regna ſerpentes ſub perenni tributo excipit Mare. Vapores terreos quos ſuſtulit, quaſi fermentatos, aer dimittit irriguos, ac beneficos; Syderaque emicant nitidiora, ſi dator idem lucis loco cedit. Coruſcat itidem radijs mariti coniux, ſi æquet cum ſua pudicitia fulgorem; Et è digniſſimo Patre filius hæres probatur meritiſſimus, dummodo ſit idem eius benè geſtorum imitator. Spatioſum Mare Lex eſt, quæ veluti ſub tributo fluminum, Interprętes Sapientiſſimos excipit, eorumque Doctrinas quaſi riuulos puriſſimos paulatim componit, vt ſub perenni gloria coaleſcendo, eiuſdem Maris ingreſſum efficiant præſtantiorem. IO: ANTONII BELLONI præſens Opus DE IVRE ACCRESCENDI, Nili occupat locum, & fęcundo pleniſſimæ eruditionis alueo irrigat vberrimè ſui ſtudioſorum ingenia, vt vbi pinguior eſt Legum peritia, plus proficiat. Hinc mihi ex alueo nouæ lucis pręſentem Librum modò producenti, iure meritò in mentem venit Tuo conſecrare Nomini, vt Te adiuuante vapores quos ex fonte hauſit Legis, dimittat vberiores, & dum ceſſit è terris ipſe Author, tantæ Virtutis Sydus ſplendeat nitidius, Te Duce; Et quamquam ſatis ſuperque inſudata laboris pretia ſublimem ex ſe referant gloriam, iuncta tamen veluti coniugio Tuæ Sapientiæ radijs, conficiunt plenius omnis exiſtimationis, ac famæ argumentum; Et Tanti Libri patrocinio,

D. IO: ANTONII BELLONI

IVRISCONSVLTI TAVRINENSIS, Et Pedemontani Senatus Præſidis Primarij.

DE IVRE ACCRESCENDI Tractatus.

PErdifficilem, & perobſcuram, ſed elegantem iuris accreſcendi materiam interpretaturus vniuerſam diſputationem, in decem capita diſtribuam: Quæram enim, Quid ſit ius accreſcendi, & Quo iure, & Qua ratione fuerit introductum, Quotuplex ſit, Inter quos, & In quibus cauſis, & Quando, & Quomodo locum habeat, Qui ſint eius effectus, & Quibus ex cauſis ceſſet.

S V M M A R I V M.

1 *Definitionis quæſtio duplex nominis, & rei.*
2 *Quæſtio nominis debet præcedere quæſtionem rei.*

Quid ſit ius accreſcendi.

C A P V T P R I M V M.

ET, vt à primo capite ducam initium, quia definitionis
1 duplex ſolet eſſe quæſtio, nominis, & rei, † *l. 1. in princ. ff. de inſtit. & iur. l. 1. in princ. ff. de pact. & vtrobique docet Cuiac. & ſcribunt Polid. Rip. de noct. temp. cap. 1. n. 2. Galgan. de cond. & demonſtr. c. 1. n. 1. Cenc. de cenſib. p. 1. c. 1. q. 3. art. 1. n. 1.* & quæſtio nominis primum in omni tractatione locum
2 ſibi vendicare debet. † *d. l. 1. in princ. verſ. prius, & ibi Cuiac. ff. de iuſt. & iur. & ſcribunt Theoph. in princ. tit. inſtit. de teſtam. ord. Aem. Ferr. ad rub. C. de pact. nu. 1. Mantic. de coniect. vlt. volunt lib. 1. tit. 1. n. 1. Petr. Ricciar. in rub. Inſt. de bon. poſſ. nu. 4.* ideo de nomine prius diſputabo.

S V M M A R I V M.

1 *Accreſcere quot modis quid dicatur.*
2 *Accreſcere eſt accedere, & adiungi.*
3 *Accreſcere dicuntur etiam ea, quæ facto hominis accedũt.*
4 *Accreſcere ſpecialiter ea tantum dicuntur, quæ ſine hominis facto, & per ſe, tacitéque accedunt.*
5 *Accretionum quot ſint genera.*
6 *Accretio naturalis, quæ?*
7 *Alluuio dicitur accreſcere, & cur?*
8 *Accretio ciuilis, quæ?*
9 *Iuris accreſcendi mentio, vbi fiat.*
10 *Accretio ciuilis, qualiter differat à naturali & num. ſeqq.*
11 *Augmentum naturale, vel eſt patens, vel latens.*
12 *Augmentum, quod fit per ius accreſcendi eſt patens.*
13 *Alluuionis accretio eſt rei ad rem.*
14 *Alluuio ſequitur rem & ad eos pertinet qui rem habent.*
15 *Accretio ciuilis tripliciter fieri poteſt.*
16 *Filia, vel nepos præteritus olim accreſcebat hæredibus inſtitutis.*
17 *Perſona perſonæ accreſcebat, cum filia præterita dicebatur ius accreſcendi.*
18 *Filia, vel nepos præteritus ita dicit hodie teſtamentum nullum, vt filius.*
19 *Perſona perſonæ accreſcit in ſpecie l. 3. C. de inoff. teſtament.*
20 *Res quot modis dicatur rei accreſcere.*
21 *Portio accreſcit portionis in hæreditatibus, legatis, & fideicommiſſis.*
22 *Pars, de qua tractatur in materia iuris accreſcendi, qualiter intelligatur.*
23 *Portio vſusfructus non portioni, ſed perſonæ accreſcit.*
24 *Ius accreſcendi eſt ſimile alluuioni, Declara ut in n. 25. & 27.*
26 *Ius accreſcendi non eſt ſimile alluuioni in vſufructu.*
28 *Iuris accreſcendi in materia de quo genere accretionis tractetur.*
29 *Ius accreſcendi differt ab ipſa accretione.*

Quot modis dicatur ius accreſcendi.

Q V Æ S T I O P R I M A.

ACcreſcere autem, ſi vim verbi quærimus, duplicem † in iure noſtro habet acceptionem, vnam generalẽ, 1
ſpecialem alteram. Generaliter enim omnes omnino complectitur acceſſiones, ſcilicet, quia accreſcere nihil aliud eſt, quam accedere, & adiungi † *l. quæridam, 13. §. 1. ff. hæred. inſt.* 2
l. qui patri 59. in princ. ff. de acq. hær. d. vn. §. vbi autem legatarij, verſ. cum verò C. de cad. toll. l. conſulta 56. in princ. ff. de acquir. rer. domin. & ſcribunt Cagn. in rubr. C. quand. non pet. part. n. 7. Duar. lib. 1. de iur. accr. cap. 1. Ant. Gou. de iur. accr. num. 1. Donell. lib. 7. comm. iur. ciu. cap. 12. Hoto. in comm. verb. iuris,